

DEDICATORIA.

cuius sinceram propagationem, Tua
Celsitudo, tanto studio cupit assertam:
doctrinam nempe Articulis Augusta-
næ Confessionis comprehensam: in-
que Formula Concordiæ latius ex-
plicatam: à me verò pro ratione mu-
neris mihi concretiti, in theses, more
Academico, breves quidem: sed sum-
mam rei satis sufficienter exponentes,
fideliter coniectam: & in hac ipsa A-
cademia, duabus iam vicibus, priva-
tis disputationibus, excussam & exa-
minatam: quam ut Tua serenissima
Celsitudo serena fronte accipiat: mc-
que suo Clementiæ favore prosequi,
tucrī, fovere pergit, humiliam animi
subiectione rogo: æternum Patrem
Domini ac Servatoris nostri Iesu Chri-
sti supplex venerans, ut ipse, cuius in-
effabili sapientiâ Reges regnant, &
Principes dominantur; Illustrissimam
Celsitudinem tuam non solùm annis
augeat: sed simul etiam omnibus sui
Spiritus donis, rerumq; omnium feli-
cissimo successu, clementer locuple-
tct: cum primis verò fædus matrimo-

b 5

niale